



Quæstionum, Et Resolutionvm Legalium Libri Duo

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, 1683

Cap. LVIII. De congrua portione vicario assignanda, quæ in ea computentur: & quanta esse debeat. Vtrùm in illius computatione debeat haberi ratio in certarum obventionum. Et utrùm acceptans portionem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98367](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98367)

lites exquirentium motus; & odiosa, beneficia aliena aucupantium desideria reprimantur.

Verum licet regula de trienniali in suo casu observari debeat, & observetur in Gallia: tamen cautio à devoluntario exigere potest juxta ordinationem, sive impetratio fiat adversus eum qui per annum, sive qui minori tempore beneficium impetratum possidet, prout dicto arresto anni 1616. decilum fuisse testatur Mornac. in d. l. furti, circa finem, sequitur Brodeau ad Louet lettre D. n. 18. Atque ita judicatum ex sententia Theven. loco citato.

Quintò, à cautionis necessitate eximuntur Graduati, Nominati, Indultarii, & alii impetrantes virtute suorum graduum, nominationum, vel indultorum, ob reculationem collatorum ordinariorum, vel propter collationem factam personis non graduatis, nominatis, aut qualificatis: quia tunc jus conferendi devolvitur ad superiorem, juxta ea quæ fuse explicat Rebuff. in Concord. tit. de collationib. §. si quis verò, in verb. dispositiones, & in verb. devolvuntur, versic. & hoc jus devolvitur, & passim in toto illo §. ¶ Ut in simili, si jus conferendi pertineat ad capitulum, devolvitur ad Episcopum, datà negligentia capituli intra sex menses non conferentis: & si Episcopus habeat jus conferendi, facultas post sex menses devolvitur ad capitulum; si ad Episcopum simul & capitulum, devolvitur ad Metropolitani: ex cap. 2. de concess. prebend. ¶ Et per illum textum dicit Rebuff. consil. 28. num. 9. Quod si post sex menses impetratio fiat coram Episcopo collatore ordinario à die requisitionis computandos, non valebit collatio: quia jus conferendi post sex menses pertinebit ad Archiepiscopum, juxta d. cap. 2. de concess. prebend. ¶ hoc tamen non impedit, quin omisso medio recurri possit ad Papam, vel Legatum, quibus competit jus conventionis. Rebuff. d. consil. 28. n. 1. 2. & 3. in aliis collatoribus gradatim, & cum ordine procedendum est: ut ibidem n. 2.

De eadem collatione jure devoluti facta (quia est extra materiam hujus capituli) multa paucis dicit Anton. Fab. in Cod. tit. de Episcop. & cler. definit. 17.

Redeundo igitur ad materiam, Dico quod si graduatus aut qualificatus impetret in vim gradus & qualitatis jure devoluto, non debet onere cautionis gravari: ¶ si verò alio jure impetret, adstringendus erit ad cautionem, sicut & ceteri: ut colligitur ex verbis modificationis prædictæ ordinationis; quam refert Papon. lib. 3. tit. 7. arrest. 3. & in Codice Henrici IV. lib. 1. tit. 23. art. 4. in illis verbis: *Impetrans des devolus par vertu de leurs degrez, nominations, & indults, au refus des Prelats ou Collateurs ordinaires.* Et colligitur ex iis quæ habentur in art. 1. apud Charond. d. tit. 23. circa finem annotationis. Quia (inquit) qui vigore gradus, aut nominationis, vel indulti impetrant, censentur id facere in vim illius juris: ideo si alio jure impetrent, tenentur sine dubio ad cautionem: quia id faciunt tanquam quilibet extantibus.

Et propterea dum casus occurrit, Consului aliàs anno 1614. ut is qui beneficium impetraverat, Doctoratus, seu gradus, inutilem pro illa vice expensam evitaret; duplici quidem ratione motus. Primò, quia impetratio non fuerat facta jure devoluto, juxta formam d. cap. 2. de concess. prebend. sed propter incapacitatem possessoris, & non in vim gradus, vel nominationis, aut indulti: unde non poterat evitari præstatio cautionis. Secundò, quia adeptio gradus, qui subsequeretur impetrationem, nihil joveret.

¶ Quia qui impetrat beneficium tanquam Graduatus, vel Nominatus, debet esse talis tempore impe-

trationis, nec suffragatur qualitas postea superveniens: Rebuff. in concord. tit. de collat. §. statimur 2. in verb. modo premisso qualificatis, versic. secundo requiritur.

Sextò, si alicui placeret opinio, quod impetrans adversus eum qui minori unius anni tempore possidet, non teneatur ad præstationem cautionis: pro qua (ut dictum est) aliqua suprema Curiam arresta lata fuerunt: notandum erit tempus possessionis resignantis non esse computandum, sed solum tempus quo resignatarius possedit. Unde quando resignans possederit per annum, etiam adversus resignantem devolutum obtentum fuerit, & devolutarius possessionem acceperit, ante resignatarii audietur impetrans, & dabitur illi recedentia, seu manducatio, factà fide de incapacitate resignantis, etiam nullà datà cautione: prout judicatum fuisse mente Julii anni 1598. testatur Nicol. Freror in la Conférence des Ordonnances, lib. 1. tit. 3. §. 45. num. 33. circa finem. ¶ Cum de jure successor non possit se prævalere tempore sui prædecessoris, ut dicatur per tempus à lege requisitum possedisse. Rebuff. in concord. tit. de mandat. Apostolic. §. declarantes, in verb. successores, versic. & hic annus computandus est. Ludov. Gomel. super regul. de trienniali, quest. 13. quia (ut jam dictum est) modificatio illa Regiæ ordinationis facta fuit ad instar regulæ de annali, quæ est: inter regulas Cancellariæ in favorem possessionis, & odium illius qui intra annum negligens fuit in impetrando beneficium vacans. Unde nulla potest impetranti imputari negligentia, si adversus simoniacum resignantem, qui per triennium, & amplius, beneficium possederat, brevi tempore post commissum simoniam impetravit; cum antea impetrare non posset. Faciunt tradita per Rebuff. ad d. regul. 35. Cancellariæ, in verb. immediate præcedentem, & ita tenet Bouchel in summa benefic. in verb. devolutaires, in 2. versic. Caution doit estre baillée.

Cætera, quæ ad dictæ ordinationis explicationem pertinent, videri poterunt apud DD. superius citatos, & Tournet in arrestis beneficial. lura D. num. 25. & seq.

Sed hodie devolutarii in Gallia tenentur possessionem capere intra annum, & postea licet instigare infra sex menses, ex declaratione facta anno 1638. art. 15.

CAPUT LVIII.

De congrua portione Vicario assignanda, quæ in ea computentur, & quana esse debeat. Vtrum in illius computatione debeat haberi ratio incertarum obventionum, & utrum acceptans portionem annuam, sibi debeat imputare. Quando, & quomodo quis adversus talem acceptationem in integrum restituendus sit.

SUMMARIUM.

- 1 Curam animarum exercenti congrua portio ecclesiasticis assignanda est, ex qua commodè vivere possit.
- 2 In computatione congruæ portionis, non est habenda ratio emolumentorum quæ extra Ecclesiam percipiuntur.

- 3 Non est etiam habenda ratio obventionum incertarum.
- 4 In contrarium videtur esse Bulla Pii V. qua mandatur omnia, etiam incerta emolumenta imputari in congruam.
- 5 In quibus casibus incerta computentur in congruam.
- 6 Imputandum est illi, qui nimis tenuè beneficium accepit.
- 7 Si congrua portio sit ita tenuis, ut ex ea curam exercens vivere non possit, non nocet illi acceptatio tenuis illius portiones, cum agatur de præjudicio totius ordinis clericalis.
- 8 Sed hæc insufficientia probanda est per allegationem.
- 9 In taxatione congrua portiones, multum deferendum est iudicio Episcopi.
- 10 In congruis portionibus assignandis, presumitur pro decreto Episcopi.
- 11 Congruæ portiones taxatio remittitur arbitrio Episcopi.
- 12 Ex Bulla Pii V. congrua portio non debet esse minor quinquaginta, nec major centum scutis.
- 13 Quandoque ex loci, temporis, fructuum, & qualitatibus personarum circumstantiis, congrua centum scuta excedere potest.
- 14 In assignatione sententia congrua portiones, attendi debet consuetudo regionis.
- 15 Debet etiam haberi ratio onerum, veluti si adhibendi sint plures adjuvatores, propter magnum numerum animarum: quo casu congrua excedere potest centum scuta.
- 16 Populus non tenetur ad præstationem congruæ vicario, nisi in casibus in quibus nullas, vel itaennes solvit decimas, ut ad sustentationem Rectoris non sufficiant.

Petente vicario adversus capitulum congruam portionem, eo quod sex tantum tritici salmatas & undecim scuta in pecunia singulis annis perciperet, quam minus sufficientem esse asserbat: Episcopus per modum provisionis decrevit, capitulum teneri in futurum singulis annis decem salmatas illi perolvere, & octo decim scuta in pecunia numerata: cui decreto acquievit, & in illius executionem per aliquod tempus solutionem suæ congruæ recepit. Postea vero videns maximum laborem, & expensam in illius curæ exercitio requisitam, ob magnum populi numerum aliasque circumstantias: Quæsit utrum fundatus esset in petitione majoris, & magis congruæ portiones.

- 1 Dixi nullum esse dubium, quin Parocho curam animarum exercenti, & sacramenta administranti congrua portio debeatur: cap. extirpanda, §. qui vero, ubi Gloss. & DD. de præbend. Et quod Episcopus, aut alius decimas percipiens, ex illis teneatur congruam portionem præstare: cap. 1. decima sexta, quæst. 7. Abb. in cap. cum contingat, num. 7. exv. de decimis. Quod verum est, nisi addit conventio, aut transactio in contrarium: debetque talis portio esse sufficiens ut Parochus commode possit sustentari: Gloss. in cap. unic. in verb. absque penuria, de statu regul. lib. 6. ¶ Neque habenda est ratio emolumentorum, quæ curatus extra Ecclesiam percipere potest: quia ex eo altari cui servit, etiam vivere debet, cap. cum secundum, de præbend. & cap. ex his, 12. quæst. 2.
- 2 ¶ Nec etiam haberi debet ratio oblationum, vel aliarum obventionum incertarum, quæque ad certam summam redigi non possunt: quia venter non debet

Tom. I. Pars I.

pendere ab incerto eventu. Rebuff. de congrua, n. 86. Mantie. decis. 269. n. 6. Rot. decis. 5. n. 3. part. 2. divers. & decis. 449. n. 6. part. 2. recent. & decis. 420. sub num. 2. part. 1. recent.

Quamquam in contrarium videatur facere Bulla Pii V. ut notavit Barbof. de jur. Eccles. univers. lib. 3. c. 6. n. 44. in illis verbis: Computatis omnibus, etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi solitis. Maslobr. in praxi concurs. ad parochia. requisi. 1. dnb. 23. num. 10. & consuluit Gutier. consil. 8. per tot. defumens fundamentum ex verbis dictæ Bullæ, quæ mandat omnia emolumenta, & obventiones etiam incertas in computanda congrua portione numerandas esse.

In hac contrarietate adhibenda est illa distinctio, quod emolumenta incerta duplicis sunt generis. Alia enim sunt quæ ad quandam certitudinem reduci possunt, ut sunt decimæ frumenti, vini, aliique fructus, emolumenta & obventiones, quæ penes Parochum sunt incertæ, quoad quantitatem: nam aliquando sunt majores, aliquando vero sunt minores, juxta abundantiam, vel penuriam fructuum quæ ex prædiis percipiuntur. Alia vero sunt emolumenta, & obventiones quæ percipiuntur ex labore & officio Parochi, veluti elemosinæ altaris, funeralium, & similia. De emolumentis primi generis, Bulla intelligenda est, ut ea computentur in congruam: sed emolumenta secundi generis nullo modo computanda esse decisum fuit in Rot. decis. 230. num. 3. & 4. part. 6. recent. & ita etiam distinguit Barbof. d. cap. 3. num. 44.

At in casu proposito, dictus Parochus non erat fundatus in petitione augmenti congruæ portiones: sibi enim imputari debet, quod curam sub tali congrua portione accepit, & deinde illius augmentum obtinuerit, cui acquievit: portionem suam per aliquot annos juxta decretum Episcopi recipiendo: unde nunc non potest petere ut iterum augeatur: ¶ sed ipsi imputandum quod accepit beneficium nimis tenuè. Gloss. in cap. quanto, in verb. indulgemus, de censib. & ita sæpius determinavit Rot. & nominatim decis. 239. n. 1. part. 2. recent.

Verum quidem est, quod si congrua sit ita tenuis, ut curam animarum exercens non possit vivere, nec onera Ecclesiæ sustinere: tali casu, saltem per viam restitutionis in integrum, succurritur illi adversus assignationem congruæ: nec dicitur isto casu sibi præjudicasse per assignationem, & acceptationem tenuis illius præstationis: cum non agatur solum de præjudicio suæ personæ, verum etiam de præjudicio Ecclesiæ, & totius ordinis clericalis: ut per Rot. benè declarantem decis. 449. n. 5. part. 2. recent. addent. ad Ludovis. decis. 439. n. 8.

Difficilem autem existimavit probationem dictarum circumstantiarum, scilicet quod Parochus commode ex illa assignata portione vivere non possit, ¶ quod tamen omnino erat probandum, ut jam diximus, & tenet Rota decis. 230. n. 7. part. 6. recent. duplici quidem ratione.

1. Primò, quia contra Parochum adest iudicium Episcopi, ¶ cui in hac materia plurimum deferendum est: cum jura conscientias Ordinariorum oneret hac in re: Clement. 1. de jure patroni. ¶ Et ideo in congruis assignandis, præsumitur pro decreto, seu sententia Ordinarii, nisi constet de evidenti injustitia, & iniquitate illius. Seraph. decis. 173. n. 1. & 2. ¶ & 1. portio congrua remittitur de jure arbitrio Ordinarii, Seraph. decis. 550. n. 1.

Secundò quia dicta congrua portio videtur sufficiens, cum Bulla Pii V. vult illam non esse minorem

H 3 rem

rem 50. nec majorem 100. scutis : ut etiam observavit Seraph. *decif. 93. num. 6.* Ista autem taxatio grani, ad quatuor scuta pro qualibet salnata, ascendit ad sexaginta circiter aureos, unde die 13. Aprilis 1624. Consului dicto Parocho, ut à sua prætensione destineret, prout in effectu deficit.

- 13 Est tamen advertendum circa præmissa, quod licet ex bulla Pii V. congrua non debeat excedere summam centum scutorum : tamen aliquando Rota Romana majoris quantitatis assignationem factam approbavit ; ea ratione, quia in ejus assignatione debet considerari locus, quantitas fructuum, & onerum ; consuetudo regionis, qualitas personæ, & similia : unde non mirum, si attentis his circumstantiis major quantitas quandoque assignetur : ut per Rot. *decif. 220. num. 11. part. 6. recent.* ex traditis per Rebuff. *in tract. de portion. congr. quest. 9. §.* Maltum etiam in hac materia attendi debet consuetudo regionis, quia in uno loco carius vivitur, quam in alio : ut dicit Rebuff. *dict. quest. 6. & admonet Rota decif. 595. n. 6. part. 4. recent.*

- 15 Considerandum quoque est, utrum adsit ingens animarum numerus, pro quarum cura necessarij sint plures coadjutores, & aliæ expensæ magnæ faciendæ. Item si agatur de persona multum qualificata, cui uberiores expensæ debentur, ut judicavit Rot. *decif. 437. n. 5. part. 3. recent.* ubi approbata fuit congrua 450. ducatorum, propter magnum numerum animarum, ratione cujus necessarij erant quatuor coadjutores, & propter alias circumstantias.

Istam autem portionem regulariter solvendam, & petendam esse ab eo qui decimas percipit, supra n. 1. diximus ex traditis per Rotam *decif. 239. n. 3. part. 2. recent.* Unde §. populus ad ejus solutionem non tenetur, nisi in casibus in quibus nullas solvit decimas,

- 16 vel ita exiguas, ut ad Rectoris sustentationem non sufficiant, Rot. *decif. 437. n. 4. in fin. part. 3. recent.* & *decif. 420. n. 8. part. 1. recent.*



CAPUT LIX.

De Appellatione interposita in examine ad parochialem inter concurrentes facto : & utrum Episcopus minus idoneum, omisso magis idoneo, in concursu eligere possit. Quæ requirantur ut peti possit novus concursus. Quæ circumstantiæ considerandæ sint in examine ad parochiales per concursum. Et quæ sint necessaria, ut quis dicatur intrusus.

SUMMARIUM.

- 1 In concursu ad parochiales non licet appellare à non publicatione votorum, quæ per examinatores data sunt.
- 2 A votis examinatorum in concursu ad parochiales, non datur appellatio suspensiva, neque devolutiva.
- 3 A decretis interlocutorijs non datur tacita appellatio.
- 4 Episcopus, inter idoneos in examine ad parochiales concurrentes, potest uni ex illis gratificari.
- 5 Episcopus potest eligere idoneum, omisso magis idoneo in concursu.

- 6 Novus concursus ad parochiales nunquam conceditur, nisi docto de dolo & irrationabili iudicio Episcopi.

- 7 Qui caret beneficio, preferendus est ei, qui jam est provisorius, ceteris paribus : & n. 12.

- 8 Conjectura referuntur, ex quibus provisorius habere presumitur animum resignandi.

- 9 Qui habet animum resignandi, vel dimittendi beneficium, non debet ad concursum admitti.

- 10 In dubio presumitur pro iudicio Ordinarii, nisi de dolo & irrationabilitate constet.

- 11 In concursu debet haberi ratio plurimum circumstantiarum.

- 12 Qui juxta munus, cui præficitur, aptior est, curis est preferendus.

- 13 Intrusus dici non potest, qui habet titulum canonatum.

- 14 Intrusionis poenas non incurrit, qui nullos fructus percipit.

- 15 Rehabilitatio cum nova gratia, purgat vitium intrusionis.

Appellatum fuerat à iudicio Episcopi, quo in concursu parochialis quendam alteri concurrenti, prævio examine, juxta sacri Concilii Tridentini formam facto, prætulera. Primum quidem ex eo quia appellans petierat vota examinatorum aperiri, & illorum copiam sibi tradi, ut ad superiores recusum habere posset : quod tamen illi fuerat denegatum. Secundò ab ipsa relatione examinatorum, & ab irrationabili Episcopi iudicio, super quibus in legatione per viam appellationis disputatum fuit.

Pro eo, qui ab Episcopo nominatus fuerat, Dni appellacionem prædictam subsistere non posse, cum præcipuum illius fundamentum fuerit ex eo, quod denegata sibi fuit publicatio votorum : quia scriptis declaratum fuit per Sacram Congregationem, examinatorum vota quidem, inter ipsos palam data esse, dum super idoneitate concurrentium inter se conferunt : sed non teneri vota in scriptis publicare, imò sufficere quod apud acta testentur se sepe tale idoneum ex pluralitate votorum : ut nota Barbos. ad Concil. Trident. sess. 34. c. 18. n. 120. Nic. Garc. de benefic. part. 9. cap. 2. n. 107.

Similiter non datur appellatio suspensiva, neque devolutiva à votis examinatorum, teste Garc. *dict. part. 9. cap. 2. num. 241. & 242.* Intelligendo tamen ut hoc procedat solum in casu proposito, nempe dum agitur de beneficiis curatis, de quibus loquitur Concilium *dict. cap. 18.* scilicet in beneficiis simplicibus, in quibus licet præsentati, seu electi, vel nominati à personis Ecclesiasticis non debeant institui, nisi prius fuerint ab Ordinarijs nominati, & non possit aliquis sub prætextu appellationis evadere, tamen à relatione & reprobatione examinatorum datur appellatio suspensiva, & devolutiva, quando agitur de beneficiis simplicibus, ut dicit Garc. *dict. cap. 2. num. 244.*

Et licet appellans prætenderet appellationem suam extendendam esse ad gravamen per eum præsentatum, & irrationabilem electionem sui adversarii, tamen ejus prætensio non erat fundata. Quia prædicta tanquam habentia naturam interlocutorie, requirunt expressam appellationem, quæ hic non interposita, nisi à reculatione publicationis votorum. Rot. *decif. 591. n. 3. part. 1. recent.*

Et quamvis constaret appellationem prædictam ab electione, & nominatione Episcopi fuisse interpositam : non tamen ideo fundata esset, cum Episcopus